

Katerina Wlphsdotter nunc abbatissa et mater eiusdem monasterij prima post matrem suam gloriosam sanctam *Birgittam* per nobiles regni, propinquos et amicos suos, procuret ipsi monasterio · consensum parrochianorum et nobilium, qui bona possident in predictis parrochiis *Ørabergh* et *Næsia*ⁱ, quem consensum Deo propicio faciliter obtinebit · In quorum omnium testimonium · et euidenciam | firmiorem sigilla nostra presentibus fecimus anteponi · Datum *Lincopie* anno Domini Millesimo^j ccc^o · octogesimo · xvij^a · die mensis Julij.^k

Rubrik i A: Littera applicationis ecclesiarum parrochialium · scilicet · *Watzstena*, *Clastadha*, *Ørabergha* et *Næsia* cum omnibus et cetera ad monasterium *Watzstense* domini *Nicolai* episcopi et sui capituli *Lincopensis* · Datum anno Domini M^occc^olxxx^o · die · xvij mensis Julij .:-

^a*Härefter* suo *B.* ^bet *B.* ^c*Saknas* *B.* ^d*Wazstena* *B.* ^e*Clastada* *B.* ^f*Saknas* *B.* ^g*Saknas* *B.* ^h*Wazstena* *B.* ⁱ*Næsia* *B.* ^jM:o *B.* ^k*Härefter brevauslutande tecken samt* Littera secunda precedens immediate episcopi eiusdem domini *Nicolai* et sui capituli super eadem applicatione predictarum ecclesiarum cum omnibus iuribus cum decimis episcopalibus et cetera et consensu domini *Petri* curati in *Øraberghom A.*

10210

(1380) juli 18

Vadstena

Katarina (Ulfsdotter) tillskriver ärkebiskop Birger (Gregersson) i Uppsala och tackar för välgärningar såväl till (Vadstena) kloster som till Katarina personligen. Hon uppger att hon kommit till Sverige under veckan efter Petri och Pauli fest (30 juni–7 juli) och först landstigit i Söderköping. Den första söndagen därefter (8 juli) hade hon givit sig av och åtföljdes överallt ända till sitt kloster av en stor skara människor som anslöt med stor vördnad och andlig glädje eftersom hon medförde heliga relikier. Då hon där förevisade relikerna och de indulgenser och privilegiebrev som påvarna medgivit klostret, fördubblades folkets andliga glädje och likaså deras lovprisning till den högste Guden. Katarina meddelar att alla ärenden som skulle uträttas i den romerska kurian nu klarats av såsom hon ville. Enda undantaget är att kanonisationen av hennes mor, saliga Birgitta, ännu inte blivit klar och högtidligt förkunnad i enlighet med kurians formella ordning på grund av tvisten mellan den sanne påven och motpåven. Men påven (Urban VI), som kallar Birgitta helig, säger att han helgonförklarat henne i sitt hjärta och har föresatt sig att under sin livstid avsluta ärendet. Katarina vill gärna träffa ärkebiskopen och samtala med honom, om detta kunde ske på en för båda lämplig plats. Hon har hört att kungen, biskoparna och vissa av rikets frälsemän inom kort ska komma till Söderköping och hon möter gärna ärkebiskopen där, om hon blir förvissad om att han kommer dit. Hon ber mottagaren att välvilligt ta emot herr Köneke som en tid varit ersättare för brodern herr Gudmar (Fredriksson) och som nu ska återinsättas i sin kyrka efter att ha tillfrisknat från sjukdom. Slutligen anbefaller hon sitt kloster åt mottagarens böner.

Orig. på papper (21,9 x 18,7 cm; 22+2 rader), Sv. Riksarkivet.

SDHK nr 11718.

Tryckt: (i utdrag) *Scriptores rerum Suecicarum* III:2 (1876), s. 261, not m.

Regest: RPPRH nr 39.

Om Gudmar Fredriksson, kyrkoherde vid Vårfrukyrkan i Enköping och under en tid prior i Vadstena kloster, se S. Ljung, *Enköpings stads historia I* (1963), s. 135 f.; C. Gejrot (utg.), *Vadstenadiariet* (1996), notis 48:1; A. Härdelin i *Kyrkohistorisk årskrift* 2005, s. 24.

Den nämnde herr Köneke kan möjligen identifieras med en kyrkoherde i Östervåla som omnämns i brev 1370 1/10 (DS nr 8037).

Om brevet se T. Höjer, *Studier i Vadstena klostrets och birgittinordens historia* (1905), s. 111 med not 3; H. Gillingstam i *SBL XXI*, s. 5; A. Jönsson i *Birgitta, hendes værk og hendes klostre i Norden* (1991), s. 139.

Brevet saknar årsangivelse men är med största sannolikhet utfärdat efter Katarina Ulfsdotters återkomst till Sverige 1380; jämför DS nr 10167 och nr 10194–10195 med kommentarer. Hon avled i mars 1381.

Humillime recommendacionis in sanctissime virginitatis gloriosissimo filio salutacione reuerenter et caritatiue · premissa. Pro innumerabilium benefactorum caritatiuis insigniis / a vestra mera beneuolencia tam monasterio meo quam persone mee fauorabiliter exhibitis, licet non condignas · exiles tamen quaescumque potero dignitati veste graciaram acciones referens jnsinuo diligende paternitati vestre, quod infra *octavas* apostolorum Petri et Pauli attigi fines Swecie jntrans primum ciuitatem *Sudherkopensem*. Vnde me recedentem prima dominica post *octavas* dictorum apostolorum sequebatur copiosa multitudo populorum circumquaque propter sanctas reliquias, quas mecum ferebam, ad me confluencium · cum magna reuerencia et spirituali leticia vsque ad monasterium meum · Vbi ostensis reliquiis et litteris indulgentiarum et priuilegiorum loco illi a summis pontificibus concessorum duplicabatur eis spiritualis jocunditatis alacritas et voces laudes resonancium summi Dei. Vnde scire cupio reuerendissimam paternitatem vestram, quia omnia negocia mea, pro quibus Romanam curiam adii, sunt perfectissime expedita ad velle meum · excepto, quod canonizacio dilectissime matris mee beate Birgitte propter dissensiones inter verum papam et antipapam nondum est secundum stilum curie secundum omnem sollempnitatem manifeste et sollempniter declarata; tamen sanctissimus pater noster dominus apostolicus vocat eam sanctam dicens · quod sanctificauerat eam in corde suo / proponens quod restat in vita sua vtique consummare^a. Sciatis insuper, quod caritatiuo desiderio desidero vos videre, vt colloquio vestro oretenus frui possem, si scirem vbi hoc ex vtraque parte posset fieri comodose / Audiui enim · quibusdam referentibus dominum regem et venerabiles dominos meos episcopos cum certis regni nobilibus ad *Sudhercopiam* in breui fore venturos, vbi libenter vobis occurrerem, si certificarer, quod^b illac^c venientibus^d veniretis · Jtem rogo venerabilem dominationem vestram, quod dominum *Kønechinum*, qui vicarius dilecti fratris mei domini Gotmari ad tempus fuerat, benigne recolligere dignemini · sicut paternitati vestre visum fuerit, et iam ab infirmitate, quam paciebatur · sanatum · ecclesie sue restaurandum. *Jhesus* nostra redempcio sit vestra sempiterna fruicio · Monasterium meum cum omnibus ei attinentibus caritati vestre et precibus humili-ter recomendo / Scriptum in Vatzstenum xv kalendas Augusti.

Hec Katerina vestra humilis oratrix filia beate Birgitte.

Adress på baksidan: Venerabili in *Christo* patri ac domino suo · domino Birgero Dei gracia archiepiscopo Vpsalensi^e

Spår av grönt sigill på baksidan.

^a *D.v.s.* consummare. ^b *Härefter bokstäverna ill överstrukna.* ^c *Så för väntat illuc.* ^d *Anakolutiskt, sannolikt felskrivning av det efterföljande ordet veniretis.* ^e *Härunder med annan hand [...]de Vatzstenum skrivet uppochned.*